

quasq; particulas, vti ingenuū promū
 condum addecet, deuehat: cōprehen-
 demus id agere naturam, quod assequi
 conatur Chymicæ artis famulatu ple-
 nis velis Medicus. Non is cibus nutrit,
 vel certè tardiùs, qui prima ventris co-
 ctura non nihil à sua cruditate abscessit.
 Plures adhuc mutationes sustinere co-
 getur, antequam in familiare alimen-
 tum particulæ euadat. Ita nec feliciter
 illud medicamentum curat, quod eli-
 xatione, vel leui quantumuis alteratio-
 ne, afflictis interaneis obijcitur. Exqui-
 sitiùs præparari necesse est, vt absque
 mora, ad extimas corporis partes, nu-
 trimenti in modum ducatur. Id quidem
 videtur primæ regionis efficacia confi-
 ci: sed quando ea quoque morbosæ
 affectionis tyrannide languet, quo pa-
 cto votis medicis respondebit? An non
 illius languori maior addetur afflictio,
 & ea dilatione, quam cū remedio præ-
 parando innati caloris pugna interpo-
 nit, tardiùs ægrotæ particulæ medicina
 parabitur? Quod si ergo natura com-
 monstrat præparātorum remediorum
 viā, an seducetur Medicus artificialis,
 si ean-